ANTROPONÍMIA DE SANT ANDREU DE PALOMAR. DOCUMENT DEL s. XIV

Transcripció per Joan-Josep BUSQUETA RIU

1347, novembre, 29. Parròquia de Sant Andreu de Palomar.

Cessió del dret de patronat sobre l'altar de Santa Maria, construït a l'església de Sant Andreu de Palomar, al venerable Guillem d'Argentona, cavaller i domiciliat per sota dels termes de la parròquia. Els atorgants, un nombrós grup de parroquians, addueixen, entre d'altres causes, el fet que rarament es posen d'acord amb el rector respecte al dret de presentació.
El document presenta diverses dates, corresponents a les signatures de diferents grups de parroquians. Signatura autògrafa del rogatori Pere de Rovira, notari públic de Barcelona, autor de l'expedició, en pública forma del document, a 6 d'octubre de 1390.

Arx. Cat. Barcelona, *Pergamins,* 3-23-189.

In Dei nomine. Noverint universi quod nos Petrus Gasso, Raimundus Gasso, Anticus Sala, Petrus Sala, Fferrarius Sala, filius dicti Petri Sala, Berengarius de Podio, Jacobus Quirze, Petrus Marini, Bernardus de Solano, 2/ Berengarius Fferrandi, Arnaldus de Solano, Petrus de Arenis, Bernardus de Ortis, Petrus de Solano, Guillelmus de Solano, filius proxime dicti Petri, Guillelmus de Samaluç, Guillelmus Poll, filius Bernardi Poll, quondam, Miquel 3/ de Solani, Bernardus de Cortellis Ville Pecine, Guillelmus Poll, filius Guillelmi Poll, quondam, Petrus Deusovol, Petrus de Arenis, Petrus Quirze, Petrus Sabadelli, Bernardus de Mooya, Bernardus Poll, filius Guillelmi Poll, quondam predicti, Bernardus, Çalou, Arnaldus de Cortellis, Guillelmus 4/ Dulcieti, Bernardus de Arteriis, Fferrarius Rosselli, Bernardus Cudina, Jacobus Fferrarii, Bernardus Sabadelli, comorans iuxta riaria de Orta, Petrus de Ortis, alias cognominato Poll, Petrus de Casis, Petrus Tolra, Guillelmus Quirze, Bonanatus Mooya, Bonanatus Valent, Berengarius 5/ Larona, Berengarius de Riaria, Bernardus Sabadelli, filius Guillelmi Sabadelli, quondam, Bernardus Ardench, Anthonius de Villa, Guillelmus Roure, Anthonius Roure, ffrater proxime dicti Guillelmi, Bernardus Cathalani, Jacobus Roure, Petrus Calvet, Guillelmus de Ramoneto, 6/ Petrus Cathalani, Bernardus Tolra, Bartholomeus de Vilario, Periconus de Fi-

nestrellis, Marchus Verdaguerii, Guillelmus de Fonte, Raymundus de Finestrellis, Petrus Oliverii, Berengarius de Finestrellis, Petrus Poncii, Johannes Barceloni, Bonanatus 7/ Alexandri, Bartholomeus de Torrente, Raymundus de Castellario, Thomas Marquesii, Anthonius Guarneriis, Petrus de Carrariis, Petrus Badia, Bernardus Roure, Petrus (Gasso, filius) predicti Petri Gasso, Petrus Riera, Berengarius Fusterii, Bernardus Brunet, Bernardus 8/ Fferrarii, Berengarius Agustini, Bernardus Rocha, Vitalis de Blanes, Bernardus Ventayo, Bonanatus Alexandri, Bernardus Boix, Petrus Macip, Anticus Agudellis, Berengarius Çacosta, Petrus de Fonte, Borracius Ollarii, Bernardus de Cortellis, Bernardus Lonch de Prato, 9/ Bernardus Gasso de manso Tria, Petrus Olivet, Bernardus Ricart, Periconus Gasso, filius predicti Raimundi Gasso, Bernardus Oliverii, Bernardus Lonch de Canyellis, Bonanatus Lonch, Bartholomeus Badia, Petrus Roig, Petrus Riarie, Berengarius de Curtibus, Bonanatus 10/ Uyastrelli, Guillelmus Alacris et Bernardus Çaparella, omnes de parrochia Sancti Andree de Palomario, attendentes nos, una cum rector ecclesie et aliis probis hominibus dicte parrochia, habere et habere debere ius patronatus altaris Sancte Marie, constructi in 11/ dicta ecclesia Sancti Andree, sive beneficii eiusdem altaris seu ius presentandi ad ipsum altarem, sive beneficium quociens vaccare contingat, quod quidem beneficium monachia vulgariter nuncupatur; attendentes, etiam, quod raro aut vix nos et dictus rector 12/ ac ceteri parrochiani dicte ecclesie, super huiusmodi presentacione unanimiter concordamus, Immo super ea disserimus et discordie inter nos sepissime oriuntur et percussiones, vulnera et alia dampna aliud pro inde fuerunt illata et timemus imposterum amplius 13/ suboriri et inferri ex quibus dictum altare seu beneficium pluries defraudatum fuit debite obsequio et nunc, etiam, defraudatur. Et deliberaverimus inter nos nobis utilius esse non habere dictum ius patronatus aut ius presentandi ad altarem seu benefi- 14/ -cium antedictum.

Id circo, ad evitanda pericula que nobis pro premissis possent de ffacili evenire et ut dictum altarem seu beneficium debito obsequio non defraudetur et aliud, gratis et spontanea voluntate, et ex certa sciencia, pro nobis et pro omnibus heredi-15/-bus et successoribus nostris, damus et ex causa donacionis concedimus vobis, venerabili Guillelmo de Argentona, militi, domiciliato infra dictam parrochiam, et vestris et cui sive quibus volueritis, perpetuo, donacione pura, perfecta, simplici et irrevocabili 16/ inter vivos, totum ius quod nos habemus et habere debemus ac nobis competit et competere potest ac debet in dicto iure patronatus predicti altaris seu beneficii sive in iure presentandi ad ipsum, quociens vaccare contingat, quocumque iure, causa 17/ vel etiam racione.

Hanc, autem, donacionem, et ex causa donacionis, concessionem, facimus vobis dicto venerabili Guillelmo de Argentona et vestris et cui sive quibus volueritis, perpetuo, pure, libere et absolute et sine omni condicione et sicut melius dici 18/ potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum intellectum. Ita quod vos et vestris et quos volueritis, perpetuo, possitis ad dictum altarem sive beneficium, quandocumque et quocienscumque id exierint vaccare contingat, per vos vel per alium seu alios pre- 19/ -sentare quemcumque seu quoscumque volueritis ydoneum seu ydoneos tamen reverendo domino episcopo Barchinone seu eius vicario sive vicariis et eisdem supplicare; et nos, etiam, cum hoc publico instrumento in hiis

vicem epistole gerenti supplicamus, ut illi quem vos eis presen- 20/ -tabitis dictum altarem sive beneficium cum iuribus suis, universis conferant et assignent ac eum instituant in eodem.

Et extrahimus predicta que vobis donamus de iure, dominio et posse, mittimus 21/ et transferimus irrevocabiliter, pleno iure, ad habendum, tenendum et possidendum, perpetuo, et ad omnem vestram vestrorumque voluntatem inde libere faciendam sine obstaculo et impedimento nostri et nostrorum et alterius cuiuscumque persone. Preterea, ex causa huius 22/ donacionis et concessionis, damus, cedimus et mandamus vobis, dicto venerabili Guillelmo de Argentona et vestris et cui sive quibus volueritis, perpetuo, omnia iura et omnes acciones reales et personales, mixtas, utiles et directas, ordinarias et extra- 23/ -ordinarias et alia quascumque que nobis competunt et competere possunt ac debent in predictis que vobis damus et contra quascumque personas et res racione et occasione eorum; quibus iuribus et accionibus possitis vos et vestris et quos volueritis, petpetuo, uti 24/ et experiri agendo, respondendo, deffendendo, excipiendo et replicando, et omnia alia faciendo in iudicio et extra iudicium, quemcumque et quemadmodum nos poteramus facere ante huius donacione et iurium cessionem et possemus nunc et etiam postea quan-25/-documque.

Nos, enim, facimus et constituimus vos in hiis dominum et procuratorem in rem vestram propriam ad faciendum inde vestre libitum voluntatis, sine obstaculo et impedimento nostri et nostrorum et alterius cuiuscumque persone.

Et convenimus et promittimus vobis dicto venerabili Guillemo de Argentona 26/ et etiam sponte iuramus in animabus nostris, per Dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, quod predictam donacionem rata, grata et firma habebimus, tenebimus et observabimus, et contra eam vel aliqua de predictis non veniemus 27/ racione ingratitudinis nec ex quacumque alia racione, iure seu causa. Immo, cerciorati de iuribus nostris, renunciamus quantum ad hec legibus sive iuribus dicentibus donaciones posse et evocari vel irritas fieri propter ingratitudinem vel alium quemvis modum et omni 28/ alii iuri et consuetudini contra hec repugnantibus.

Premissa, igitur, omnia et singula, facimus, paciscimur et promittimus nos, omnes predicti, pro nobis et pro omnibus heredibus et successoribus nostris vobis, dicto venerabili Guillelmo de Argentona et vestris et notario infra- 29/ -scripto, tanquam publice persone, hec, a nobis nomine vestro et omnium illorum quorum interest et intererit, recipienti et paciscienti ac etiam legitime stipulanti. Actum est hoc.

Sig(+)num Petri Gasso. Sig(+)num Raymundi Gasso. Sig(+)num Antici Sala./ Sig(+)num Fferrarii Sala eius filii. Sig(+)num Berengarii de Podio. Sig(+)num Jacobi Quirze. Sig(+)num Petri de Solano. Sig(+)num Guillelmi de Solano, filiorum dicti Bernardi de Solano, quondam. Sig(+)num Bernardi Fferrandi. Sig(+)num 31/ Bernardi de Arenis. Sig(+)num Petri Marini. Sig(+)num Bernardi de Solano. Sig(+)num Petri de Arenis. Sig(+)num Bernardi de Ortis. Sig(+)num Petri 32/ de Solano, filii Bernardi de Solano, quondam. Sig(+)num Guillelmi de Solano, filii proxime dicti Petri. Sig(+)num Guillelmi de Samalus. Sig(+)num Guillelmi Poll, filii Bernardi Poll, quondam. Sig(+)num Michaelis de Solano. Sig(+)num 33/ Ber-

nardi de Cortellis, Vile Pecine. Sig(+)num Guillelmi Poll, filii Guillelmi Poll, quondam. Sig(+)num Petri Deusovol. Sig(+)num Petri de Arenis. Sig(+)num Petri Quirze. Sig(+)num Petri Sabadelli. Sig(+)num Bernardi Mooya. 34/ Sig(+)num Bernardi Poll, filii Guillelmi Poll, quondam predicti. Sig)(num Bernardi Salou. Sig(+)num Arnaldi de Cortellis. Sig(+)num Guillelmi Dulcieti. Sig(+)num Bernardi de Arteriis. Sig(+)num Fferrarii Rosselli. Sig(+)num 35/ Bernardi Cudina. Sig(+)num Jacobi Fferrarii. Sig(+)num Bernardi Sabadelli. Sig(+)num Petri de Ortis. Sig(+)num Petri de Casis. Sig(+)num Petri Tolra. Sig(+)num Guillelmi Quirze. Sig(+)num Bonanati Mooya. Sig(+)num 36/ Bonanati Valent. Sig(+)num Berengarii Larona. Sig(+)num Berengarii de Riaria. Sig(+)num Bernardi Sabadelli, filii Guillelmi Sabadelli, predictorum qui hec concedimus, firmamus et iuramus, in dicta parrochia Sancti Andree, nocte diey sabbati qua compu- 37/ -tabatur tercio kalendas octobris, anno Domini, millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

Presentibus testibus: venerabili Guillemo Loreta, filio venerabilis Raymundi de Prato, quondam, de parrochia Sancti Petri de Biquis; Johanne dez Bosch, de Modiliano; 38/ Arnaldo Benyes, de dicta parrochia de Biquis; Bonanato Barberii, de villa Sancti Saturnini de Subirats; et Guillelmo Rigaudi de Vila mari.

Sig(+)num Bernardi Ardench. Sig(+)num Anthonii de Villa. Sig(+)num Bernardi Ca- 39/ -thalani. Sig(+)num Jacobi Roure. Sig(+)num Guillelmi Roure. Sig(+)num Anthonii Roure, ffratris proxime dicti Guillelmi. Sig(+)num Petri Calvet. Sig(+)num Guillelmi de Ramoneto. Sig(+)num Petri Cathalani. 40/ Sig(+)num Bernardi Tolra. Sig(+)num Bartholomei de Vilario. Sig(+)num Periconi de Finestrellis. Sig(+)num Marcii Verdaguerii. Sig(+)num Guillelmi de Fonte. Sig(+)num Raymundi de Finestrellis. 41/ Sig(+)num Petri Oliverii, predictorum qui hec concedimus, firmamus et iuramus, in dicta parrochia, die dominica inmediate sequenti, post dictam noctem, qua die computabatur pridie kalendas octobris, anno Domini predicto.

Presentibus testibus: dictis venerabili Guillel- 42/ -mo Loreta, Arnaldus Benyes, Bonanato Barberii et Guillelmo Rigaudi.

Sig(+)num Berengarii de Finestrellis. Sig(+)num Petri Poncii. Sig(+)num Johannis Barceloni. Sig(+)num Bonanati Alexandri. Sig(+)num Bartholomei de 43/ Torrente. Sig(+)num Raimundi de Castellario. Sig(+)num Thome Marquesii. Sig(+)num Anthonii Guarnerii. Sig(+)num Petri de Carrariis. Sig(+)num Petri Badia. Sig(+)num Bernardi Roure. Sig(+)num Petri Gasso 44/ filii predicti Petri Gasso. Sig(+)num Petri Riera. Sig(+)num Berengarii Fusterii. Sig(+)num Bernardi Brunet. Sig(+)num Bernardi Fferrarii. Sig(+)num Berengarii Augustini. Sig(+)num Bernardi Rocha. Sig(+)num 45/ Vitalis de Blanes. Sig(+)num Bernardi Ventayo. Sig(+)num Bonanati Alexandri. Sig(+)num Bernardi Boix. Sig(+)num Petri Macip. Sig(+)num Antici Agudellis. Sig(+)num Berengarii sa Costa. Sig(+)num 46/ Petri de Fonte. Sig(+)num Borracii Ollarii. Sig(+)num Bernardi de Cortellis. Sig(+)num Bernardi Lonch de Prato. Sig(+)num Bernardi Gasso de manso Tria. Sig(+)num Petri Olivet. Sig(+)num Bernardi Ricart, predictorum qui hec con- 47/ -cedimus, firmamus et iuramus in eadem parrochia, nocte diey dominice.

Presentibus testibus: proxime dictis et etiam Pericono Marini, filio predicto Petri Marini.

Sig(+)num Periconi Gassoni, filii predicti Raymundi Gassoni. Sig(+)num Bernardi 48/ Oliverii. Sig(+)num Bernardi Lonch de Canyellis. Sig(+)num Bonanati Lonch, predictorum qui hec concedimus, firmamus et iuramus, in civitate Barchinone, quinto nonas octobris, anno predicto.

Presentibus testibus: predictis venerabili Guillelmo 49/ Loreta et Arnaldo Benyes.

Sig(+)num Bartholomei Badia predicti qui hec concedo et firmo et iuro, in dicta civitate, quarto nonas octobris, anno predicto.

Presentibus testibus: proxime supradictis.

Sig(+)num Petri Rubei predicti qui hec 50/ concedo et firmo et iuro, in dicta civitate, tercio nonas octobris, anno predicto.

Presentibus testibus: proxime supra dictis.

Sig(+)num Petri Riarie predicti qui hec concedo, firmo et iuro, in dicta civitate, quarto idus octo- 51/ -bris, anno predicto.

Presentibus testibus: dicto Guillemo Loreta et Arnaldo Salom.

Sig(+)num Bonanati Uyastrell predicto qui hec concedo, firmo et iuro, in dicta civitate, decimo kalendas novembris, anno predicto.

Presentibus testibus: 52/ Petro Rovira, scriptor, et dicto venerabili Guillelmo Loreta. Sig(+)num Berengarii de Curtibus predicti qui hec concedo, firmo et iuro, in dicta civitate, quintodecimo kalendas novembris, anno predicto.

Presentibus/ testibus: Laurencio de Podio Fferrarii et dicto Arnaldo Benyes.

Sig(+)num Guillelmi Alacris predicti qui hec concedo, firmo et iuro, in dicta civitate, sexto kalendas novembris, anno predicto.

Presentibus testibus: Petro Rovira, 54/ scriptor, et Bonanato Barberii predictis.

Sig(+)num Bernardi Ça Parella predicti qui hec concedo, firmo et iuro, in dicta civitate, tercio nonas decembris, anno predicto.

Presentibus testibus: Berengario Ça Margarita, 55/ presbitero, et Petro Rovira, scriptor.

56/ Sig(signe)num Petri Ruvire, notarii publici Barchinone, tenentis scripturas scribanie Raimundi de Olivaria, connotari sui, ex ordinacione testamentaria eiusdem, qui hoc instrumentum repertum, notatum et firmatum, sub dicti kalendariis, inter 57/ notulas dicte scribanie iamdicti Raimundi de Olivaria, iuxta ipsius notule seriem in hanc formam redigens publicam scribi fecit et, auctoritate venerabili vicarii Barchinone, clausit, sexta die octobris, anno a Nativitate Domini, millesimo trecentesimo 58/ nonagesimo.